

czu Rome gehalden habe und unser herschaft wol gedynen können, ein Haus und einen Hof zu Eisenach in der Gasse, als man czu unser lieben frauwen thore ußgeet uff der linken sieten, das ehemals dem Ritter Hermann Lusse gehört hat, von diesem an seine Tochter Alheid und dann an deren Sohn Caspar Hoffmeister gekommen ist, von letzterem für
 5 100 Schock Freiberger Groschen zu kaufen, und belehnt durch siner dinste willen, die er besondern und auch sine erben uns und unsern erben in czukünftigen czieten thun mogen, ihn, seinen Vater und ihre Erben mit genanntem Hause und Hofe die czu haben erbeclichen frÿ, wie es die Vorbesitzer gehabt, gegen einen jährlich an s. Martins Abend auf das Schloß Wartburg zu entrichtenden Erbzins von zwei Gänsen. Zeugen: er Dietr. von
 10 Bernwalde, er Fryczsche von Wiczeleiben, er Heinrich von Wirczeburg unser Friderichs vorgevant czuchtmeister, Nickel List Marschall. Datum Gotha sexta Ciriaci anno xciix°.

260.

Papst Bonifacius IX. bestätigt die von Erzbischof Albrecht IV. von Magdeburg auf päpstlichen Befehl ausgestellte Urkunde über die Abtretung der Hälfte von Langensalza durch Erzbischof Ludwig
 15 an seine Brüder, die Land- und Markgrafen Friedrich III., Wilhelm I. und Balthasar.

Rom (s. Peter), 1399 Aug. 13.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 5095. Die Bleibulle an Fäden von rother und gelber Seide.
 Anm.: Vergl. Cod. dipl. Sax. IB. 1,398 No. 524.

:Bonifacius episcopus servus servorum dei ad futuram rei memoriam.: Ad hoc,
 20 quod ea, que a sedis apostolice gracia sive munificencia processerunt, ne in aliquod dubitacionis scrupulum postea relabantur, Romanus pontifex sibi ex officii pastoralis debito incumbente illa quandoque corroborat, corrigit vel immutat, prout secundum deum ac personarum et locorum qualitate conspicit expedire, sane dudum ad supplicacionem dilecti filii nobilis viri Balthazar marchionis Misnensis venerabili fratri nostro .. archiepis-
 25 copo Magdeburgensi ejus proprio nomine non expresso nostris litteris infrascripti tenoris comisimus, prout in eisdem litteris est expressum. Cum autem, sicut nuper accepimus, venerabilis frater noster Albertus archiepiscopus Magdeburgensis ad execucionem dictarum litterarum procedens, quia ea, que in ipsis litteris sunt expressa, repperit veritate fulciri, impigneracionem sive obligacionem medietatis castri in Salza Maguntinensis diocesis, que
 30 ad ecclesiam Maguntinensem dicitur pertinere sive de iuribus archiepiscopalis mense Maguntinensis existit, per bone memorie Lodowicum Magdeburgensem tunc Maguntinensem archiepiscopum eidem Balthazar et dilecto filio nobili viro Wilhelmo ac quondam Frederico marchionibus Misnensibus fratribus dicti Lodowici archiepiscopi factam, prout eciam in ipsis litteris plenius exprimitur, auctoritate dictarum litterarum confirmavit et
 35 alia fecit, prout in litteris dicti Alberti archiepiscopi inde confectis eius sigillo munitis, quarum eciam tenor inferius de verbo ad verbum describitur et in quibus dicte nostre littere sunt inserte, plenius continetur, quodque a plerisque dubitetur dictam confirmacionem pro eo, quod ad illam, dum per ipsum Albertum archiepiscopum fieri deberet, archiepiscopus Maguntinensis, qui tunc erat, et alii, quorum forsitan intererat, per eundem